

suorum agmen à Charan, sed tantummodo cum propè Ninivem ventum esset, socios deseruisse, ut præcurrens domicilium præpararet. Ita series narrationis optimè sibi constat. Sara eadè die Ninivem pervenerit necesse est. Hebræus Fagii Græco prorsus congruit; Munsteri verò, qui ex Akrim præcurrisse Tobiam narrat, urbem hanc propè Ninivem, et à regione ejusdem collocaet.

VERS. 20. — VENERUNT ACHIORE ET NABATH COSOBORINI TOBIÆ. Hebræus Fagii: *Venerunt fratres ejus, prophetaeque ejus, ac proceres regni, etc.* Hebræus Munsteri: *Letati sunt gaudio magno ipsi, et cuncti Judæi, qui erant in Ninive.* Græcus: *Advenit Achiocharus et Nabath, filius fratris ipsius. Syrus: Achiocharus et Laban, filius sororis ipsius.* Nunc primum sermo occurrit de Nabath Tobie fratris filio. Achior, seu Achiocharus, filius est fratris Tobie, cujus meminit superius Græca editio 1, 24, ubi appellatur

CAPUT XII.

1. Tunc vocavit ad se Tobias filium suum, dixitque ei: Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum?

2. Respondens Tobias, dixit patri suo: Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficis ejus?

3. Me duxit et reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, uxorem ipse me habere fecit, et daemonium ab eâ ipse compescuit, gaudium parentibus ejus fecit, me ipsum à devoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cæli, et bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare?

4. Sed peto te, pater mi, ut roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere.

5. Et vocantes eum, pater scilicet et filius, tulerunt eum in partem: et rogare cœperunt, ut dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.

6. Tunc dixit eis occultè: Benedicite Deum cæli, et coram omnibus viventibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam.

7. Etenim sacramentum regis abscondere bonum est: opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.

8. Bona est oratio cum jejunio et elemosynâ, magis quàm thesauros auri recondere:

9. Quoniam elemosynâ à morte liberat, et ipsa est, quæ purgat peccata, et facit invenire misericordiam et vitam æternam.

Achiocharus A nael. Achiochore et Nabath unum esse cumdemque virum, Grotius suspicatur; cujus conjecturæ lavet verbum, quod singulare est in Græco, apud quem et filius fratris Tobie, quasi unus sit, singulari numero appellatur. Nec rara sunt, præsertim in captivitate, unius ejusdemque hominis duo nomina. Verù igitur potest: *Achiocharus, alio nomine Nabath, Tobia fratris filius, advenit.*

VERS. 21. — PER SEPTEM DIES EPULANTES. De epulis et nuptiis nihil in Hebræo Munsteri, in quo tamen sunt pulchra et pretiosa munera, Tobie collata. Vetus latina versio: *Convivialiter sunt nuptiæ cum hilaritate septem diebus, et data sunt illi munera multa.* (Calmet.)

ET PER SEPTEM DIES EPULANTES, agentes reportia, quæ græcè hic minùs propriè vocantur, ἑτάσεις, propriè dicerentur, ἐπιτάσεις, ut est in Glossis. (Grotius.)

CHAPITRE XII.

1. Alors Tobie appela à lui son fils, et lui dit: Que pouvons-nous donner à ce saint homme qui a été avec vous?

2. Tobie répondant, dit à son père: Mon père, quelle récompense lui donnerons-nous?

3. Il m'a mené et ramené en santé; il a été lui-même recevoir l'argent de Gabelus; il m'a fait avoir ma femme; il a éloigné d'elle le démon; il a rempli de joie son père et sa mère; il m'a délivré du poisson qui allait me dévorer; il vous a fait voir à vous-même la lumière du ciel; et c'est par lui que nous avons été comblés de biens. Que pouvons-nous donc lui donner, qui égale tout ce qu'il a fait pour nous?

4. Mais je vous prie, mon père, de le supplier de vouloir bien accepter la moitié de tout le bien que nous avons apporté.

5. Tobie le père et son fils le firent venir ensuite; et l'ayant pris à part, ils le conjurèrent de vouloir bien recevoir la moitié de tout ce qu'ils avaient apporté.

6. L'ange alors leur parla ainsi en secret: Bénissez le Dieu du ciel, et rendez-lui gloire devant tous les hommes, parce qu'il a fait éclater sur vous sa miséricorde.

7. Car s'il est bon de tenir caché le secret du roi, c'est une chose honorable de révéler et de confesser les œuvres de Dieu.

8. La prière accompagnée du jeûne et de l'aumône, vaut mieux que tous les trésors et tout l'or qu'on peut amasser;

9. Car l'aumône délivre de la mort; et c'est elle qui efface les péchés, et qui fait trouver la miséricorde et la vie éternelle.

10. Qui autem faciunt peccatum et iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.

11. Manifesto ergo vobis veritatem, et non abscondam à vobis occultum sermonem.

12. Quando orabas cum lacrymis, et sepeliebas mortuos, et derelinquebas prandium tuum, et mortuos abscondebas per diem in domo tuâ, et nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

13. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tentatio probaret te.

14. Et nunc misit me Dominus ut curarem te, et Saram uxorem filii tui à demonio liberarem.

15. Ego enim sum Raphael angelus, unus ex septem qui adstamus ante Dominum.

16. Cùmque hæc audissent, turbati sunt: et trementes ceciderunt super terram in faciem suam.

17. Dixitque eis angelus: Pax vobis, nolite timere.

18. Etenim cùm essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, et cantate illi.

19. Videbar quidem vobiscum manducare et bibere; sed ego cibo invisibili, et potu, qui ab hominibus videri non potest, utor.

20. Tempus est ergo ut revertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite Deum, et narrate omnia mirabilia ejus.

21. Et cùm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est; et ultra eum videre non poterunt.

22. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum: et exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et vocavit Tobit Tobiam filium suum, et dixit ei: Vide, fili, mercedem homini, qui venit à tecum: et adijcere ei oportet. — 2. Et dixit: Pater, non laedore dans ei dimidium eorum, quæ attulit. — 3. Quoniam me tibi reduxit sanum, et uxorem meam curavit: et argentum meum attulit, et te similiter curavit. — 4. Et dixit senex: Justè sit ei. — 5. Et vocavit angelum, et dixit ei: Accipe dimidium omnium quæ attulisti, et abduc sanus. — 6. Tunc vocans ambos clam, dixit eis: Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificentiam date ei; et confitemini ei coram omnibus viventibus, pro his quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes; et ne pigri sitis confiteri ei. — 7. Mysterium regis bonum est occultare, opera autem Dei revelare honorificè. Bonum facite: et malum non inveniet vos. — 8. Bonum oratio cum jejunio, et elemosynâ et justitiâ. Bonum est paucùm cum

10. Mais ceux qui commettent le péché et l'iniquité sont ennemis de leurs âmes.

11. Je vous manifeste donc la vérité; et je ne vous cacherai point une chose qui est secrète.

12. Lorsque vous priez avec larmes, et que vous ensevelissiez les morts; que vous quittiez pour cela votre dîner, et que vous cachiez les morts dans votre maison durant le jour, pour les ensevelir durant la nuit, j'ai présenté vos prières au Seigneur.

13. Et parce que vous étiez agréable à Dieu, il a été nécessaire que la tentation vous éprouvât.

14. Maintenant donc le Seigneur m'a envoyé pour vous guérir, et pour délivrer du démon Sara, la femme de votre fils;

15. Car je suis l'ange Raphaël, l'un des sept qui sommes présents devant le Seigneur.

16. A ces paroles, ils furent troublés; et étant saisis de frayeur, ils tombèrent le visage contre terre.

17. Et l'ange leur dit: La paix soit avec vous; ne craignez point;

18. Car lorsque j'étais avec vous, j'y étais par la volonté de Dieu. Bénissez-le et chantez ses louanges.

19. Il paraissait, à la vérité, que je buvais et que je mangeais avec vous; mais je me nourris d'une viande invisible, et d'un breuvage qui ne peut être vu des hommes.

20. Il est donc temps que je retourne vers celui qui m'a envoyé; et pour vous, bénissez Dieu, et publiez toutes ses merveilles.

21. Après ces paroles, il disparut de devant eux, et ils ne purent plus le voir.

22. Alors s'étant prosternés le visage contre terre pendant trois heures, ils bénirent Dieu; et s'étant levés, ils racontèrent toutes les merveilles qu'il avait faites.

justitiã, quã multũ cum injustitiã. Bonum facere elemosynam, quã thesaurizare aurum. — 9. Elemosyna enim à morte liberat et ipsa emundat omne peccatum. Facientes elemosynas, et justitias, implebuntur vitã. — 10. Peccantes autem sunt hostes suæ ipsorum vitæ. — 11. Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi jam : Mysterium regis occultare bonum, opera autem Dei revelare honorificè. — 12. Et nunc, quando orãsti tu, et nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis vestræ coram sancto; et quando sepeliebas mortuos, similiter aderam tibi. — 13. Et quando non piger eras surgere, et relinquere prandium tuum, ut aliens operires mortuum, non latuisti me beneficiens, sed tecum fui. — 14. Et nunc misit me Deus sanare te, et nurum tuam Sarram. — 15. Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis qui offerunt orationes sanctorum, et ingreditur in conspectu gloriæ Sancti. — 16. Et turbati sunt ambo, et ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt. — 17. Et dixit eis : Ne timeatis : pax vobis erit. Deum autem benedicite in secula. — 18. Quoniam non meã ipsius gratiã, sed voluntate Dei nostri veni; unde benedicite eum in secula. — 19. Omnibus diebus apparebam vobis, et non manducabam, neque bibebam; sed visionem vos spectabatis. — 20. Et nunc confitemini Deo; quoniam ascendo ad eum qui misit me; et scribite omnia quæ consummata sunt, in libro. — 21. Et surrexerunt, et non ultra viderunt eum. — 22. Et confitebantur opera magna, et mirabilia ejus, quomodò apparuerat eis angelus Domini.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 7. — SACRAMENTUM, id est, mysterium, arcadium, à REGE tibi creditum, ABSCONDERE BONUM, imò necessarium EST (2), propter fidem regi datam, et quia aliqui gravissima emergerent incommoda. Ita Gellius l. 50, c. 55. Et ex sententiã Capitolini in Vitã Gordianorum, de Senatusconsultis tacitis : Taciturnus, consiliorum thesaurus. E contrario, Dei

(1) VERS. 6. — TUNC DIXIT EIS OCCULTE. Seorsum illum duxerant et in locum à domesticis secretum, ut ea proponerent, quæ hic subduntur. Sed angelus majus etiã secretum postulavit, ut se illis manifestet. Secretò in auribus loquitur, ut nemo præter ipsos audiat; manifestationis suæ testes respicit; soli Tobias eo munere digni habiti sunt. Dei dona pretiosa sunt et rara, ac longissime semper absunt ab ostentatione et jactantiã. In Græco legitur : Tunc angelus vocans ambo clam, dixit eis : Benedicite Deum, et ei confitemini, et magnificentiam date ei, et confitemini ei coram omnibus viventibus; pro eis quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, et exaltare nomen ejus, verba operum Dei honorificè demonstrantes, et ne pigri sitis confiteri ei. Hebræus Fagii aliquantò fusior : Respondit eis angelus : Habeo arcium quoddam, quod dicam vobis. Ingressi sunt ambo pater et filius cum angelo in conclavem, ad quos angelus dixit : Date laudem, etc. Sed Munsteri oddio verba hæc legit pro versiculis (6, 7 et 8) : Dixit eis Raphael : Cantate Domino canticum novum, et benedicite Deum, atque celebrate nomen ejus pro omni bonitate quam fecit vobiscum. Multiplicate preces, orationes, et elemosynas coram illo cunctis diebus vitæ vestræ. Nam melius est in conspectu Domini facere jugiter elemosynas, quã congregare thesaurus auri et argenti. (Calmet.)

(2) OPERA AUTEM DEI REVELARE ET CONFITERI, HONORIFICUM EST. Egregium est divitibus, opponere. Reges consilia sua in occulto habent; Deus sua vult patescere. Abditos principis sensus exquirere illicitum, ait Tacitus Annalium 6. (Grotius.)

opera revelare, honorificum est. Unde Stephanus papa apud Rhabinonem anno Christi 755 : « Sicut nemo se debet jactare de suis meritis, sic opera Dei, quæ in illo per sanctos fiunt sine ejus meritis, non debent sileri, sed prædicari; sicut angelus monet Tobiam, hoc v. 7, et suo præit exemplo v. 11. » Subdit Angelus :

VERS. 8. — BONA SEU MELIOR, EST ORATIO CUM JEJUNIO ET ELEMOSYNA. Neque enim sine illis comitibus mala est oratio, sed cum illis valde bona et efficax redditur. Unde Franc. Gregorius cum ex S. Damasceno explicasset, orationem esse mentis elevationem in Deum, subdit, tit. 6, sect. 9, problem. 417 : « Tantò magis mens elevatur, quantò orans à gravaminibus (magis) expeditur. Duo (verò) sunt gravamina (mentis) oblectamentum carnis, et terrenorum affectus. Illud gravanti corpori animam subjicit; hic facibus terrenis animam suffocat. » Ab hoc per elemosynam, ab illo per jejuniũ anima expeditur (4).

(1) VERS. 9. — ELEMOSYNA À MORTE LIBERAT, ET IPSA EST QUE PURGAT PECCATA, ET FACIT INVENIRE MISERICORDIAM ET VITAM ÆTERNAM. Hebræus Fagii : Justitia (id est, elemosyna, ut capite 4, 7, demonstratum est) liberat à morte, atque expiãt iniquitatem. Quicumque facit justitiam, hunc Deus exsultat longinque dicam. Græcus : Elemosyna à morte liberat, et ipsa emendat omne peccatum. Facientes elemosynas et justitias, implebuntur (saturabuntur) vitã. Varia sunt verba, sensus idem. Quanquã autem vita æternæ nomen hic non exprimitur, de hæc tamen textum hunc explicandum esse, nullus dubio est locus. Elemosyna certè quò non est à naturã datum, quo opes, commoda, vitæque inter homines ditantiam et felix consequamur; ipseque Tobias esse potest exemplum infortuniorum, quò pervenit in-

VERS. 15. — QUIA ACCEPTUS ERAS DEO, NON MODÒ CONGRUUM, UTILE, DECENS, SED PLANÈ NECESSÈ FUIT, UT TENTATIO PROBARET TE. Alia è diametro mundanis ratiocinatio. Sed S. Paulus totidem verbis idem inculcat Actorum 14, vers. 21 : Per multas tribulationes (non dicit, expedit, aut decet, sed) oportet nos intrare in regnum Dei. Idem repetit 2 ad Timotheum 3, v. 12. Et ipse dese Christus Lucæ ult. v. 26 : Nomen hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Porrò de fructibus elemosynæ, quos hic commemorat angelus, dixi c. 4, v. 11, supra.

VERS. 15. — EGO SUM RAPHAEL ANGELUS, UNUS EX SEPTEM QUI ASTANT ANTE DOMINUM (1). Hæteridum il qui totos sese piis largitionibus, cæterisque charitatis operibus addicunt. Aliud etiam hujuscæ rei documentum proximè sequens versiculus exhibet. (Calmet.)

VERS. 10. — QUI FACIUNT PECCATUM, HOSTES SUNT ANIMÆ SUÆ. Necesse sibi crudeliter inferunt, adeuntque æternæ damnationis discrimen. Nihil hæc sententiã inanis esset, si corporis incertus intelligeretur, cum prospera et diturnã vitã impiæ ac nefarii homines fruuntur. Psalmista eandem rem, quam Raphael hic, testatus est : Qui diligit iniquitatem, odit animam suam; et Jesus Christus in Evangelio : Qui amat animam suam (vitam suam) perdet eam. Hebræus Munsteri totum hunc versiculum cum tribus sequentibus præterit.

VERS. 12. — EGO OBTULI ORATIONEM TUAM DOMINO. S. Cyprrianus legit : Ego obtuli memoriam orationis vestræ in conspectu claritatis Dei. Græcus : Ego obtuli memoriale orationis vestræ coram Sancto. Hebræus Fagii : Ego ingredi feci lacrymas vestras in conspectu Domini. Angelus Scriptura et Patres exhibent, eum familiares et ministros Domini, cui preces nostras sistunt. S. Joannes angelum vidit, cui thura porrigebantur, sanctorum scilicet orationes, in altari aureo coram Dei solio sistenda. Tertullianus et opinio in gente sua recepta; testis Philo Judæus docet, bonos angelos quodam legalionis genere fuisse hominum ad Deum, et Dei ad homines; cujus muneris sanctitate sacri et inviolabilis abestant profani. Omnis demon inter Deum et hominem est, explicans defensionem hominum quomodo ad deos preces et sacrificia, deorum verò ad homines imperia, et premia sacrificiorum. Inter homines catholicosque vectores hinc precum, inde domorum, qui ultrò citrò portant, hinc petitiones, inde supplices, seu quidam utriusque interpretès et salutarè.

(1) Græcus : Ego sum Raphael, unus ex septem sanctis angelis, qui offerunt orationes sanctorum, et ingreditur in conspectu gloriæ Sancti. S. Cyprrianus : Ego sum Raphael, unus ex septem angelis sanctis, qui assistunt, et conversantur ante claritatem Dei. Hebræus Munsteri numerum hunc septem angelorum non exhibet : Ego sum Raphael, unus ex principibus ministrantibus ante solium majestatis. De septem hisce angelis dissidium est ingens inter scriptores

bracè : Ego sum ex principibus unus, qui ministrant ante solium gloriæ. Græcè editur : Qui offerunt preces sanctorum (id est, corum qui professione, voto, aut proposito sancti sunt)

Sunt qui agi hic credant non de septem angelis numero distinctis, sed de Spiritu sancto, cui septenarius numerus idcirco adscribitur, quòd septem dona hominibus distribuit. Alii malunt, numerum hunc septem indefinitum esse, ut quandoque solet Scriptura. Angeli utique ante Dominum assistentes plures sunt quàm septem. Milia millium ante Dei solium exhibent Daniel et S. Joannes : Milia millium ministrabant ei, et decies milles centena milia assistebant ei. Septem igitur angeli principes sunt inter suos gloriæ et dignitate, primi cælestis exercitûs duces. Primas tenent inter angelos, et apud supremum universi orbis imperatorem. Sed unde septem? Hunc angelorum numerum non minus apertè exhibet Apocalypsis : Gratia vobis et pax... à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus sunt. Velutissimi Ecclesiæ Patres sententiam hanc norant et adoptarunt. Conceptis verbis hanc exprimit Aretas, S. Irenæus, S. Clemens Alexandrinus, et S. Cyprrianus. Ex eodem fonte hauserunt veteres quidam hæretici septem angelos qui totidem orbis partibus (septem enim in partes orbem distribuerunt) presidebant. Cum priscis hæc hæreticis sententiæ Kimchi visus est. Recentiores quidam post veteres Rabbinos aiunt, septem hosce angelos præesse corporibus sublunariis, ut singuli singulos planetas moderentur, ex quibus cælorum influxus in terram deferuntur. Hæc tamen digniora vitæ levibus curiosorum animis, quàm seriæ verorum gravium et scientiã præstantium meditationi. (Calmet.)

Hinc patet Raphaelẽ esse unum è primis angelis, qui quasi principes ante cœlestis Deo proximè assistunt, de quibus fusè egi Apoc. 4, v. 4. Græcè addunt : Ego sum unus de septem, qui offerunt orationes sanctorum, et ambulant ante majestatem sancti. Hisce septem ego incumbi cura generis humani. Alii exponunt : Unus è septem, id est, unus è multis. Astare ante Dominum multa significat, ut rectè adverteit Andreas Victor, lib. de Custodiã angel. p. 45. Primò astant angeli, quando loquuntur cum Deo, postulantes divinum lumen, ut cognoscat, quæ sit in aliqua re agendã ejus voluntas. Secundò, astant angelus, dum pia opera, sacrificia, elemosynas, preces humanas offerunt Deo. Tertio, astant, cum parati sunt ad obsequendum divinæ voluntati, quasi milites prompti paratque ad bellum, si bellum ex divino nutu gerendum sit, et quasi servi parati ad munera obunda ad quodcumque imperium Dei. Quarto, astant Deo judic, hominum causas contra demonum accusationes agentes, sententiamque expectantes. Quintò, astant, dum Deum laudant, ut Isaias e. 6, Seraphim stantes aspectu, Deum miris in vocibus laudantes : Sanctus, Sanctus, etc. Sextò, astant, est divinum vultum intueri, et inde summæ felicitatis latices haurire, quòd vel in empyreo accidit cœlo, ubi penitentiæ singularique modo thronus fulget divinus, vel in aliis quibuscumque locis, in quibus omnibus Deus est; et sic

et ambulat ante majestatem sancti. Videntur ergo hi septem angeli, seu (ut eos vocat S. Prosper, Isidorus, Severus Minoricensis, et alii) hi archangeli singularem præ cæteris angelis ut functionem externam, sic et internam præcellentiam obtinere, quæ consistat, vel in gratiarum eminentia, vel potius in principatu operum omnino regum dæmonia eorum, de quo supra cap. 5, v. 8, ut præsentem septem præcipuis virtutibus : v. g. tribus theologis, et quatuor cardinalibus, vel virtutibus oppositis septem vitis capitalibus; vel septem donis Spiritus sancti. Sic Isaiæ 55, quidam dicuntur angeli pacis. Alibi angelus, præpositus penitentia. Et hi septem principes per candelabrum septuaginta, Exodi 25, et per septem candelabra, Apoc. 1, designari videntur, quasi qui virtutum suarum splendore totum orbem collustrent. Cæterum decuplex ex hæc Tobie historia munus horum angelorum, et per consequens etiam reliquorum nobis utilitarum, colligere possumus : primum est, ad stare solio Dei, eundemque contemplando, summam æternamque ex nō felicitatem haurire. Patet ex hoc vers. 14. Secundum, preces hominum Deo offerre, suas ipsis addendo commendationes, v. 12, ex quo et tertium, bene agentibus adesse. Quartum, ad opera pia hortari, vers. 6, 8 et sequentibus. Quintum, docere mortales, non solum quæ ad theologiam, seu fidem et bonos mores spectant, ut hoc cap. passim, sed etiam quæ ad physicam et medicinam, si quando res usque ita postulat, ut e. 6 et 11 de felle, corde, jecore vidimus. Sextum, demones propulsare, nosque contra illos tueri, cap. 8, v. 5. Septimum, à pluribus corporum periculis nos liberare, hic, vers. 3. Octavum, opus quoque, et

ubiqueque sint boni angeli, semper astant Deo, quia semper Deo fruuntur. Hinc fit ut dicantur recedere et redire, quia ad ministeria missi recedunt quidem ab empyreis sedibus, sed summam felicitatem non amittunt, et illuc ad Dei nummum revertuntur. Septimò, astare, strictè et pressè ad eos angelos attinet, qui ad ministeria externa mitti non solent; sed rationes rerum faciendarum in Deo conuentes, inferiores angelos ea munera executuros docent atque illuminant; unde distinguuntur angeli in assistentes et ministrantes. Assistent Seraphin, Cherubin, Throni, Dominationes; ministrant quinque alii ordines, et de his alibi agentes probavimus etiam aliquando mitti. Hinc Raphael ait se astare Deo. Num astare ante Deum non tantum significat esse in cœlis, quod commune est omnibus angelis, sed indicat in ministerio quamdam principalitatem, ait Toletus in c. 1 Lucæ. (Corn. à Lap.)

splendidas subinde (eum sic expedit) nuptias et honestas affinitates procurare, cap. 6, v. 11. Nonnum, interdum etiam nos probare et adversis exercere, hic v. 15. Decimum, suavissimè postea consolari, penè toto hoc cap. Sed id maximè experiemur, cum ex hæc vitæ et exilio nos revehent in patriam, et supremi judicis tribunali sistent. Vide Vinc. Brunum, et Serarium. Porro tam evidens hinc ducitur argumentum pro cultu et invocatione angelorum, ut etiam Calvinus, alioqui juratus ejuse rei hostis, id ultrò admittat (1).

(1) VERS. 16. — CUMQUE HEC ADISSENT, TURBATI SUNT, ET TREMENTES CECIDERUNT SUPER TERRAM IN FACIEM SUAM, ex reverentiâ et sacro horrore. Nam, ut aiebat S. Antonius, metus non tantum ex pavore animi, quantum ex magnarum rerum sæpè inicitur aspectu. (Corn. à Lap.)

VERS. 17. — DIXITQUE EIS ANGELIS : PAX VO-
BIS, NOLITE TIMERE. Hinc Patres docent angelice apparitionis signum esse, si primò horror inicitur, deinde consolatio et lætitia ingeratur, nam contrarium facit dæmon. Audi Bedam in c. 4 Lucæ : « Stent, ait, humores fragilitatis est spiritalis creature visio turbati, ita et angelice benignitatis est, paventes de aspectu suo mortales mox blandiendo solari; ast contra dæmoniacæ est, feritatis, quos suâ presentia terribis senserint, ampliore semper horrore conertere. » Et S. Antonius, teste S. Athan. in ejus Vita : « Cum bonus angelus, inquit, bonis hominibus apparet, etiamsi initio inusitato aspectu timorem injiciat, ad extremum consolationem et animi tranquillitatem relinquat; et rursum : Sanctorum angelorum amabilis et tranquillus aspectus, quia non contendant, neque clamant, neque audit aliquis vocem eorum; et verum tacitè leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam pectoribus infundunt, siquidem cum illis est Dominus, qui est fons et origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis et placida angelorum luce radiatur; tunc anima celestium præmiorum aviditate flagrans, effracto, si cõposset, humani corporis domicilio, et membris exonerata mortalibus, cum his quos videt, abire festinat ad cœlum; eorum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humane intrò fuerit eorum fulgore et perterritus, omnem continuo ex corde arcerant metum. » Deinde dæmonum apparitionum contraria hæc dat indicia : « Pessimorum autem vulus truces, sonitus horridi, sordidi cogitatus, plausus, motusque indisciplinatum adolescentum, vel latronum, et quibus cõfestim timor animæ, sensibus stupor incutitur, odium Christianorum, monachorum et meror, tædiumque snorum recordatio, mentis moris, cupido nequitæ, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem et horrore concepto, successerit gaudium, et ad Deum fiducia atque ineffabilis charitas, venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ, presentis majestatis indicium est. »

VERS. 19. — VIDEAR QUIDEM VOBISEMUS

VERS. 20. — NARRATE OMNIA. Græcè et Hebraicè : *Scribite in libro hæc omnia quæ facta sunt. Unde in proœmio hujus libri dixi, To-*

DECCARE. Reverè enim Raphael non manducabat, quia manducatio est actio vitalis, quæ anima cibum in ore vitaliter masticat, ac ex ore in stomachum, ut ab eo concoquatur, vitaliter trajicit. Raphael autem cum non informaret corpus assumptum, vitaliter in illud non traiecit cibum, sed in illud perinde ac in sacrum quandam cibum injiciebat, quem deinde in vaporem et aerem resolvebat.

SED EGO CIBO INVISIBILIS, etc. Uron : nimirum Deus, Deique visio et fructio est cibus angelorum, quo deliciantur, et beantur jugiter.

(4) VERS. 20. — ET NARRATE OMNIA MIRABILIA EUS. Græcus habet : *Scribite omnia quæ facta sunt in libro; unde loquitur Tobias Raphaeli ob-*

CAPUT XIII.

1. Aperiens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominum, et dixit : Magnus es, Domine, in æternum, et in omnia secula regnum tuum :

2. Quoniam tu flagellas et salvas; deducis ad inferos, et reducis, et non est qui effugiat manum tuam.

3. Confitemini Domino, filii Israel, et in conspectu gentium laudate eum :

4. Quoniam ignorat eum, ut vos enarretis mirabilia ejus, et faciatis scire eos, quia non est alius Deus omnipotens præter eum.

5. Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras : et ipse salvabit nos propter misericordiam suam.

6. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, et cum timore et tremore confitemini illi : regemque seculorum exalitate in operibus vestris.

7. Ego autem in terrâ captivitatis meæ confitebor illi : quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.

8. Convertimini itaque, peccatores, et facite iustitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam.

9. Ego autem et anima mea in eo lætabimur.

10. Benedicite Dominum, omnes electi ejus; agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

11. Jerusalem civitas Dei, castigavit te Dominus in operibus manuum tuarum.

12. Confitere Domino in bonis tuis, et benedic Deum seculorum, ut reedificet in

biam suam manu hunc librum conscripsisse, cum præsertim in primâ personâ ubique loquatur in eodem Græco et Hebraico textu.

dientem hanc historiam conscripsisse, ac hujus libri esse auctorem, uti habent Græca c. seq. v. 4. Hebræa uberius habet : *Nunc ergo, ait, scribite vobis omnia hæc verba in libro, et erit in testimonium inter vos et Deum vestrum omnibus diebus vite vestræ. Et hoc verbum sit in signum, et in testimonium in omni generationem et generationem. Et vos benedicite Dominum, et confitemini memorias bonitatis ejus. Et sunc dimitte me, et revertar ad Deum, qui misit me ad vos.* (Corn. à Lap.)

VERS. 21. — AB ASPECTU EORUM ABLATIS EST. *Απαρτος ἔθετο. ἀπ' αὐτῶν, inconspicuis ab ipsis factus est, ut loquitur Lucas, 24, 51. (Grotius.)*

CHAPITRE XIII.

1. Alors le vieux Tobie, ouvrant la bouche, bénit le Seigneur, et dit : Seigneur, vous êtes grand dans l'éternité; et votre règne s'étend dans tous les siècles.

2. Car vous châtiez et vous guérissez; vous conduisez jusqu'à un tombeau, et vous en ramenez; et nul ne peut se soustraire à votre puissance.

3. Rendez grâces au Seigneur, enfants d'Israël, et louez-le devant les nations.

4. Car il vous a ainsi dispersés parmi les peuples qui ne le connaissent point, afin que vous publiiez ses merveilles, et que vous leur appreniez qu'il n'y en a point d'autre que lui qui soit le Dieu tout-puissant.

5. Il nous a châtiés, à cause de nos iniquités; et il nous sauvera, à cause de sa miséricorde.

6. Considérez donc ce qu'il a fait en notre faveur, et louez-le avec crainte et avec tremblement; et glorifiez par vos œuvres le roi de tous les siècles.

7. Pour moi, je le louerai dans cette terre où je suis captif, parce qu'il a fait éclater sa majesté sur une nation pécheresse.

8. Vous donc, pécheurs, convertissez-vous; faites des œuvres de justice devant Dieu, et croyez qu'il vous fera miséricorde.

9. Pour moi, mon âme se réjouira en lui.

10. Bénissez le Seigneur, vous tous qui êtes ses élus; célébrez des jours de joie, en lui rendant des actions de grâces.

11. Jérusalem, cité de Dieu, le Seigneur t'a châtiée à cause des œuvres de tes mains.

12. Rends grâces au Seigneur pour les biens qu'il t'a faits; et bénis le Dieu des siècles, en

te tabernaculum suum, et revocet ad te omnes captivos, et gaudeas in omnia secula seculorum.

13. Luce splendida fulgebis; et omnes fines terræ adorabunt te.

14. Nationes ex longinquo ad te venient; et munera deferentes, adorabunt in te Dominum, et terram tuam in sanctificationem habebunt.

15. Nomen enim magnum invocabunt in te.

16. Maledicti erunt, qui contempserint te; et condemnati erunt, omnes qui blasphemaverint te; benedictique erunt, qui edificaverint te.

17. Tu autem lætaberis in filiis tuis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum.

18. Beati omnes qui diligunt te, et qui gaudent super pacem tuam.

19. Anima mea, benedic Dominum, quoniam liberavit Jerusalem civitatem suam à cunctis tribulationibus ejus Dominus Deus noster.

20. Beatus ero, si fuerint reliquæ æminis mei ad videndam claritatem Jerusalem.

21. Portæ Jerusalem ex sapphiro et smaragdo ædificabuntur: et ex lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.

22. Ex lapide candido et mundo omnes plateæ ejus sternentur; et per viços ejus Alleluia cantabitur.

23. Benedictus Dominus qui exaltavit eam, et sit regnum ejus in secula seculorum super eam. Amen.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et Tobit scripsit orationem in exultationem, et dixit: Benedictus Deus vivens in secula, et regnum ejus. — 2. Quoniam ipse flagellat, et miseretur; deducit ad infernum, et reducit: et non est qui effugiat manum ejus. — 3. Confortemini ei filii Israel in conspectu gentium, — quoniam ipse disseminavit nos in eis. — 4. Ibi demonstrate magnificentiam ejus, exaltate eum coram omni vivente, sicut ipse Dominus noster, et Deus ipse pater noster in omnia secula. — 5. Et flagellabit nos in injustitiis nostris: et rursus miserebitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus, ubicunque dispersi fueritis in eis. — 6. Si revertentis ad eum in toto corde vestro, et in tota animâ vestrâ ad faciendum coram eo veritatem; tunc rediit ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis: — et videte, quæ faciet vobiscum, et confortemini ei in toto ore vestro, et benedicite Dominum jussitæ, et exaltate regem seculorum. — Ego in terrâ captivitatis meæ confiteor ei, et ostendo fortitudinem et magnificentiam ejus genti peccatorum. — Revertite peccatores, et facite justitiam coram eo. Quis scit, si volet vos, et faciet misericordiam vobis? — 7. Deum meum exalto, et anima mea regi cœli, et exaltabit magnificentiam ejus. — 8. Dicant omnes, et confortentur ei

ain qu'il rétablisse en toi son tabernacle, qu'il rappelle en toi tous tes captifs, et que tu sois comblée de joie dans tous les siècles des siècles.

13. Tu brilleras d'une lumière éclatante, et tous les peuples de la terre t'adoreront.

14. Les nations viendront de loin vers toi, et, apportant des présents, elles adoreront en toi le Seigneur, et considéreront ta terre comme une terre sainte.

15. Car elles invoqueront en toi le grand nom du Seigneur.

16. Ceux qui te mépriseront, seront maudits; ceux qui te blasphèmeront, seront condamnés; et ceux qui t'édifieront, seront bénis.

17. Pour toi, tu te réjouiras dans tes enfants, parce qu'ils seront tous bénis, et qu'ils se réuniront tous en lui.

18. Heureux tous ceux qui t'aiment, et qui se réjouissent de ta paix!

19. O mon âme, bénis le Seigneur, parce que le Seigneur notre Dieu a délivré Jérusalem, sa cité, de toutes ses tribulations.

20. Je serai heureux, s'il reste encore quelqu'un de ma race pour voir la splendeur de Jérusalem;

21. Les portes de Jérusalem seront bâties de saphirs et d'émeraudes; et toute l'enceinte de ses murailles, de pierres précieuses;

22. Toutes ses places publiques seront pavées de pierres d'une blancheur et d'une beauté admirable; et l'on chantera le long de ses rues: Alleluia.

23. Que le Seigneur, qui l'a élevée à ce comble de gloire, soit béni, et qu'il règne en elle dans la suite de tous les siècles. Amen.

in Hierosolymis. — 9. Hierosolyma civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum: et rursus miserebitur filiorum justorum. — 10. Contere Domino benè, et benedic regem seculorum; ut rursus tabernaculum ejus ædificetur in te cum gaudio, et lætificet in te captivos, et diligat in te miseros, in omnes generationes seculi. — 11. Gentes multæ de longè venient ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes, et munera regi cœli. — Generationes generationum dabunt tibi exultationem. — 12. Maledicti omnes qui odio habent te; benedicti erunt omnes diligentes te in seculum. — 13. Gaude, et exulta super filiis justorum; quoniam congregabuntur, et benedicent Dominum justorum. — 14. O beati qui diligunt te, gaudebunt in pace tuâ. Beati quicumque tristici sunt super omnibus flagellis tuis; quoniam in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, et lætabuntur in secula. — 15. Anima mea benedicat Deum regem magnum. — 16. Quoniam ædificabitur Hierusalem sapphiro, et smaragdo, et lapide pretioso muri tui, et turres, et propugnacula in auro mundo. — 17. Et plateæ Hierusalem in beryllo, et carbunculo, et lapide de Saphir sternentur. — 18. Et dicent omnes vici ejus: Alleluia, et laudem dicentes: — Benedictus Deus, qui exaltavit omnia secula.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 4. — DISPERSIT VOS INTER GENTES (2). — nempe quando per reges Assyriorum

(1) VERS. 4. — APERIENS TOBIAS SENIO OS SUUM, BENEDIXIT DOMINUM. Creditur Tobias hoc carmen statim, postquam angelus evanuit, cœcivisse. Græcus Hebræusque Munsteri: *Et Tobias scripsit orationem, et canticum exultationis, et dixit: Benedictus Deus vivens in secula.*

VERS. 2. — TU FLAGELLAS ET SALVAS. Græcus Hebræique personam mutant: *Ipse flagellat et miseretur.* Desumpta hæc sunt ex canticò Anne matris Samuelis: *Dominus mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit.* (Calmet.)

(2) Græcus: *Ipse disseminavit nos in eis. Ibi demonstrat magnificentiam ejus.* Quæ est sapientia Deus, in gloriæ suæ incrementum ea pariter convertit, quæ indifferentia esse videntur. Israelitarum captivitas Dei gloriam apud gentes commendavit duplici ratione, 1^o quod integrum ferè gentem durissimâ oppressam captivitate pœnas criminum suorum, ipsis fatentibus reis, dantem cernerent; 2^o quod Dei lex, oracula, populus, Scripturæ, per Asiam universam sese diffunderent, quibus eæ gentes sensim ad fidem aliquando excipiendam parabantur; 3^o plura Deus prodigia patravit inter nationes nominis sui ignaras, ut feriente gentium oculos ipsâ rei veritate, nihil illæ causari possent, si deinceps errarent. Scitum est quid in Tobia Ninivite spectârint, quid cives Ecbatanorum in Esthère, quid in Daniele Babylonii. Prodigia hæc omnia testes erant veræ religionis adversus errorem ac superstitionem; 4^o constans prophetarum Ezechielis et Danielis erga legem Dei sui obsequium, pietas Tobie, Susannæ, Mardochei, Estheris, sociorum Danielis, aliorumque palam arguebant damnabantque crimina Assyriorum et Babyloniorum.

VERS. 5. — CASTIGAVIT NOS PROPTER INIQUITATES NOSTRAS: ET IPSE SALVAVIT NOS, PROPTER MISERICORDIAM SUAM. Nihil intuetur Deus in homine peccante, quod gratiam suam mereatur. Quare illum misericordiâ planè gratuitâ prævenit, et gratiæ illecebris et efficacitate clementiæ suæ trahit. Græcus legit: *Flagellabit nos in injustitiis nostris; et rursus miserebitur, et congregabit nos ex omnibus gentibus,*

Salmanasar et Theglathassar abducti estis à terrâ Israel, et dispersi per omnia regna Orientis.

VERS. 7. — OSTENDIT MAJESTATEM SUAM IN GENTEM PECCATRICEM (1), id est, in Judæos, qui Deum peccarant, inquit S. Cyprianus. Sed malum exponere de Assyriis, quorum delecto exercitu in Judæa, et tyranno quoque Sennacherib recessu ensæ filiorum è vivis sublato, Deus potentem majestatem suam manifestè declararat (2).

ubicunque dispersi fueritis in eis. Si revertentis ad eum in toto corde vestro, et in totâ animâ vestrâ, ad faciendum coram eo veritatem, tunc rediit ad vos, et non occultabit faciem suam à vobis. (Calmet.)

(1) Quæ hæc? Israeliticæ, an Assyriæ. Israeliticam innuere videtur Vulgata, civitatum suorum merito captivam. Neque enim Assyrii divinum adhuc ultionem experti fuerant. Florebant Ninive, imperium stabat. Græcus legit: *Ego in terrâ captivitatis meæ confiteor ei, et ostendo fortitudinem et magnificentiam ejus genti peccatrici.* Accipienda sunt igitur hæc de Assyriis, gente profanis superstitionibus et criminibus addictâ. (Calmet.)

(2) VERS. 10. — BENEDICITE DOMINUM, OMNES ELECTI EIUS. Vos scilicet Israelitæ, selectum à Deo gens, gens sancta, filii sanctorum et patriarcharum. Græcus: *Dicant omnes, et confortentur ei in Hierosolymis.*

VERS. 11. — JERUSALEM, CIVITAS DEI, CASTIGAVIT TE DOMINUS IN OPERIBUS MANDUM TUARUM. Græcus: *Hierosolyma, civitas Sancti, flagellabit super opera filiorum tuorum, et rursus miserebitur filiorum justorum.* Hebræus Egil lectioni Vulgatæ, quam sequitur, addit allusivè; *Jerusalem, civitas sancta, ipse repperit tibi inimicitias filiorum tuorum. Verum iterum salvabit eam.* Est quoque spes novissimo tuo, dicit Dominus, et revertentur filii ad terminum (regionem) suam. Hebræus Munsteri hujus captis finem corripit. Hic enim pro toto hoc capite à v. 4, et pro toto sequente exhibit: *Et vos, filii Israel, viriliter agite, et confortetur cor vestrum, et non dissolvantur manus vestræ; habetis enim mercedem operationis vestræ. Et ipse quomodo Deus*

VERS. 11. — JERUSALEM, CASTIGAVIT TE, Græcè, castigabit, sicut cap. seq. v. 7: *Domus Dei que incensa est, Græcè, que incenditur.* Sed quia propheticè hic loquitur, idcirco ob rei certitudinem, usurpat præteritum pro futuro, g. d.: Tam certò futurum vides, ac si jam factum esset. Ita Lyranus. Similia habes in cantico Moysi Exodi 15, vers. 14 et 15: *Conturbati sunt principes Edom, obriquerunt omnes habitatores Chanaan, etc.*

Nota. Quia propheticè hic loquitur Tobias, idèò more propheticò, dùm agit de urbe Jerosolymà, non de solâ terrestri Jerosolymâ agit, sed ab illâ paulatim assurgit ad allegoricam Jerosolymam, quæ est Ecclesia sancta Dei; et ab hæc rursus ad anagogicam Jerosolymam, quæ est gloriosa sanctorum Ecclesia in cælis. Sicut etiam Isaias facit cap. 6, 5 et 66, et alii propheta. Ergo sub typo Jerosolymæ terrestris partim jam allietæ sub *Manasse*, ut colligitur ex 2 Paralipom. 35, v. 9, partim affligendæ, imò desolandæ atque evertendæ sub *Sedeciâ*, sed iterum instaurandæ sub *Esdrà* et *Nehemiâ*, et quidem *majorè gloriâ*, ut patet Aggæi 2, v. 10, prædicit Tobias Synagogæ Judaicæ, seu Ecclesiæ veteris (nam una est omnium ætatum Ecclesia Dei, licet varios habuerit status), jam utcumque collapsæ, sed sub *Herode* magis collapsuræ, innovationem, et *majorè* cum gloriâ instauracionem sub Christo et per Christum. Unde mox subdit:

VERS. 12. — REVOCANDOS Jerosolymam OMNES CAPTIVOS (1), nempe quantum est ex parte

exaltatur, quando miseretur vestri, quoniam Deus iudicii est. Beati omnes qui sperant in eo. Vos itaque, filii, multiplicatè elemosynam, orationem et precationem coram Domino mundi, quoniam elemosyna et oratio deprecantur Dei comminationem, sicut scriptum est: Elemosyna liberat à morte. Benedictus Dominus, qui fecit mecum, et cum patre meo, atque cum progenitoribus meis, et cum omni eo qui sperat in se, signa et mirabilia atque terribilia magna. Benedictus Dominus in æternum. Amen, amen. Ita delimit liber Tobias in hoc codice. (Calmet.)

(1) VERS. 12. — CONFITERE DOMINO IN FONIS TUIS. Rebus tuis florentibus, Dominum lauda. Græcè: *Confitere Domino bonè, lauda concinnè.*

UP REEDIFICET IN TE TABERNACULUM SUUM; UT RESTITUI templum patiatur. Quamvis enim templum adhuc staret, illud tamen perinde ac eversum intuebatur. Futuram urbis templique restitutionem prædicit inferrius, versibus 19 et 20.

REVOCET AD TE OMNES CAPTIVOS. Græcè legit: *Lætificet in te captivos, et diliget in te miseros, in omnes generationes seculi.* (Calmet.)

revocantis, omnes nullo excluso. Sed multi vocati, pauci reducti, quia noverunt reducti. Vel dic, universalem particulam, omnes, hic distribui non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum: nam et ex singulis tribubus aliqui regressi sunt Jerosolymam, et ex singulis nationibus universi orbis aliqui ingressi sunt Ecclesiam Christi. Quæ tantò aptius hic significatur allegoricè per Jerosolymam, quòd in eâ urbe fuerint jacta prima illius fundamenta (1).

VERS. 14. — NATIONES (Græcè *ethnæ*, unde ethnici) EX LONGINQVO AD TE VENIENT, etiam ab extremis terræ finibus. En vocationem gentium ad Ecclesiam Christi. Cur autem venturi sint, subiungit: ET ADORABUNT IN TE DOMINUM, ET TERRAM TUAM IN SANCTIFICATIONEM HABEBUNT, id est, veluti sanctam et sanctitatis fontem complectentur et venerabuntur, ut nempe veram sanctitatem inde sibi hauriant, per Sacramenta et gratiarum fontes, qui in illâ solâ, neque alibi reperiuntur (2).

VERS. 21. — PORTE JERUSALEM EX SAPHIRO ET SMARAGDO. Hic anagogicè rapitur ad Jerosolymam cælestem. Et ad hæc Tobie verba videtur alludere S. Joannes Apocal. 21, v. 18, ubi penè iisdem verbis eandem describit.

VERS. 22. — EX LAPIDE CANDIDO ET MUNDO OMNES PLATEE EJUS STERNENTUR. Græcè: *Plateæ*

(1) VERS. 13. — LUCE SPLENDIDA (Evangelii et prædicationis Christi, ejusque Apostolorum) FULGEBIS, ET OMNES FINES TERRÆ ADORABUNT TE. Prædicit conversionem omnium gentium ad Christum, quæ Ecclesiam quasi Christi sponsam adorârunt, id est, humillimè venerati sunt et coluerunt, ac venerantur et colunt. Idem prædicit Isaias cap. 49, 25: *Vultu, ait, in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent.* (Corn. à Lap.)

(2) VERS. 18. — BEATI QUI GAUDENT SUPER PACE TUA, qui gaudio tuo gaudent. Græcè Hebræusque: *O beati qui diligunt te! gaudent in pace tua (participes erunt felicitatis tue). Beati quicumque tristati sunt super omnibus flagellis tuis! moriamur in te gaudebunt, videntes omnem gloriam tuam, et lætabuntur in seculum.*

VERS. 19. — ANIMA MEA, BENEDIC DOMINUM....

VERS. 20. — BEATUS ERO, SI FUERINT RELIQUÆ SEMINIS MEI AD VIDENDAM CLARITATEM JERUSALEM. Probat hic locus id quod supra animadvertimus, Tobiam scilicet propheticò more loqui, et præteritum pro futuro usurpare. Hic autem satis demonstrat, eorum, quæ de Jerosolymâ effectus est, eventum diu esse differendum. Græcè Hebræusque non legitur hic versiculum 20, et v. 19 nonnisi verba hæc habent: *Anima mea benedicat Deum, regem magnum.* (Calmet.)

ejus tessellabuntur in beryllo, et carbunculo, et lapide ex saphiro, id est, *saphiro*, seu ex venis saphiri, ut noster vertit, Thren. 4, vers. 7, vel, ut alii volunt, *ex Ophir*, de quo egi 3 Reg. 9. Porro de his lapidibus vide Plinium à S. Hieronymo laudatum, item Epiphanium et Isidorum.

Nota, per hos lapides pretiosos metaphoricè designari pulchritudinem, claritatem, majestatem et æternitatem beatæ illius patriæ cælestis.

ALLELUIA (1), id est, laudate Deum, cum ju-
(1) *Alleluia* Hebr. idem est quod *laudate Dominum*. Alleluia ergo est vox laudis, exultationis et jubili, quam beati jugiter peragunt in cælo. Unde S. Aug. serm. 151 de Temp.,

CAPUT XIV.

1. Et consummati sunt sermones Tobie. Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, et vidit filios nepotum suorum.

2. Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificè in Ninive.

3. Quinquaginta namque et sex annorum lumen oculorum amisit, sexagenarius verò recepit.

4. Reliquum verò vite suæ in gaudio fuit, et cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace.

5. In horâ autem mortis suæ vocavit ad se Tobiam filium suum, et septem juvenes filios ejus nepotes suos, dixitque eis:

6. Prope erit interitus Ninive: non enim excidit verbum Domini; et fratres nostri, qui dispersi sunt à terrâ Israel, revertentur ad eam.

7. Omnis autem deserta terra ejus replebitur: et domus Dei quæ in eâ incensa est, iterum reedificabitur: ibique revertentur omnes timentes Deum.

8. Et relinquunt gentes idola sua, et venient in Jerusalem, et inhabitabunt in eâ,

9. Et gaudebunt in eâ omnes reges terre, adorantes regem Israel.

10. Audite ergo, filii mei, patrem vestrum: Servite Domino in veritate, et inquire ut faciatis quæ placita sunt illi:

11. Et filiis vestris mandate ut faciant justitias et elemosynas, ut sint memores Dei, et benedicant eum in omni tempore in veritate, et in totâ virtute suâ.

bilo, cum lætitiâ, cum magnâ contentione et intensione. Sic enim laudes divinas insonant æternum sancti. Videtur alludere ad gentili-um iò *Pæan*, iò *Pæan* (inquit S. Hieronymus), cujus loco Jerosolymis cantandum dicit per petuum *Alleluia*.

qui est de Paschate: « Tempus mororis, inquit, quod significant dies quadragesimæ, et significamus et habemus. Tempus autem lætitiæ et quietis et regni, quod significant dies isti, significamus per alleluia, sed nondum habemus laudes. Sed nunc inspiramus et ad alleluia. Quid est alleluia? *laudate Deum.* Sed nondum habemus laudes; in Ecclesiâ frequentantur laudes Dei post resurrectionem, cum nobis erit perpetua laus post resurrectionem nostram. » (Corn. à Lap.)

CHAPITRE XIV.

1. Ainsi finirent les paroles de Tobie; et depuis qu'il eut recouvré la vue, il vécut quarante-deux ans, et il vit les enfants de ses petits-fils.

2. Après avoir vécu cent-deux ans, il fut honorablement enseveli dans Ninive.

3. Car il avait cinquante-six ans lorsqu'il perdit la vue; et il la recouvra à soixante.

4. Tout le reste de sa vie se passa dans le bonheur; et il avança paisiblement en âge faisant de grands progrès dans la crainte du Seigneur.

5. Or, à l'heure de sa mort, il appela Tobie son fils, et les sept jeunes enfants, qui étaient ses petits-fils, et il leur dit:

6. La ruine de Ninive est proche; car la parole de Dieu n'est pas vaine; et nos frères, qui ont été dispersés hors de la terre d'Israël, y retourneront;

7. Et toute sa terre, qui a été déserte, sera peuplée, et la maison de Dieu, qui a été brûlée, sera rebâtie de nouveau, et tous ceux qui craignent Dieu y reviendront.

8. Et les nations abandonneront leurs idoles; elles viendront à Jérusalem, et elles y demeureront;

9. Et tous les rois de la terre se réjouiront en elle, en adorant le roi d'Israël.

10. Mes enfants, écoutez donc votre père: Servez le Seigneur dans la vérité, et appliquez-vous à faire ce qui lui est agréable.

11. Et recommandez à vos enfants de faire des œuvres de justice et des aumônes, de se souvenir de Dieu, et de le bénir en tout temps dans la vérité et de toutes leurs forces.

12. Nunc ergo, filii, audite me, et nolite manere hic, sed quacumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros ut exeat is hinc.

13. Viduo enim quia iniquitas ejus finem dabit ei.

14. Factum est autem post obitum matris suae, Tobias abscessit ex Ninive cum uxore sua, et filiis, et filiorum filiiis, et reversus est ad soceros suos.

15. Invenitque eos incolumes in senectute bonâ: et curam eorum gessit, et ipse clausit oculos eorum: et omnem hereditatem domus Raguelis ipse percepit; viditque quintam generationem, filios filiorum suorum.

16. Et completis annis nonaginta novem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum.

17. Omnis autem cognatio ejus, et omnis generatio ejus in bonâ vîâ, et in sanctâ conversatione permansit, ita ut accepti essent tam Deo quam hominibus, et cunctis habitantibus in terrâ.

TRANSLATIO EX GRÆCO.

1. Et cessavit confitens Tobit. — 2. Eterat annorum quinquaginta octo, quando amisit visum: — et post annos octo recuperavit visum. Et faciebat elemosynas: — et adiecit timere Dominum Deum, et confitebatur ei. — 3. Magnopere autem senioit: — Et vocavit filium suum et filios ejus et dixit ei: Fili, accipe filios tuos: ecce senui, et ad exeundum è vitâ sum. — 4. Abi in Mediam, fili, — quoniam credidi: quæcumque locutus est Jonas propheta de Nineve, quia subvertetur: in Mediâ erit autem pax magis usque ad tempus, et quia fratres nostri in terrâ dispergentur à bonâ terrâ: — et Hierosolyma erit deserta, et domus Dei in eâ comburetur, et deserta erit usque ad tempus. — 5. Et rursus miserabitur eorum Deus, et reducet eos in terram, et ædificabit domum, non qualis prior, donec impleti fuerint tempora seculi. Et post hæc revertent de captivitatibus, et ædificabunt Hierusalem honorificè: et domus Dei in eâ ædificabitur gloriose, sicut locuti sunt de eâ prophetae. — 6. Et omnes gentes convertentur veraciter ad timendum Dominum Deum, et defodient idola sua. — 7. Et benedicent omnes gentes Dominum. Et populus ejus confitebitur Deo: et exaltabit Dominus populum suum; et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominum Deum in veritate, et justitiâ, facientes misericordiam fratribus nostris. — 8. Et nunc, fili, discede à Nineve: quoniam omnino erunt quæ locutus est propheta Jonas. — 9. Tu autem, serva legem et præcepta, et esto amator misericordiæ, et justus, ut tibi bene sit. — 10. Et sepeli me honestè, et matrem tuam mecum, et non ultra maneatis in Nineve. Fili, vide quid fecit Aman Achiacharo, qui nutriverat eum, quomodo è luce adduxit eum in tenebras, et quæcumque retribuit ei: et Achiacharum quidem salvavit; illi autem retributio retributa est, et ipse descendit in tenebras. Manasses fecit misericordiam, et salvatus est de laqueo mortis, quem fixerat ei. Aman autem incidit in laqueum et periit. — 11. Et nunc, fili, videte quid elemosyna facit, et justitia liberat. Et hæc ipso dicente, defecit anima ejus super lectum. Erat autem annorum centum quinquaginta octo; et sepelierunt eum gloriose. — 12. Et quando mortua est Anna: sepelivit eam cum patre suo. Discessit autem Tobias cum uxore sua, et filiis suis in Echatana ad Raguel socerum suum. — 13. Et senuit honorificè. — Et sepelivit soceros suos gloriose, et hæreditavit substantiam eorum,

12. Ecoutez-moi donc maintenant, mes enfants, et ne demeurez point ici; mais aussitôt que vous aurez enseveli votre mère auprès de moi dans un même tombeau, n'oubliez pas qu'à vous hâter de sortir d'ici;

13. Car je vois que l'iniquité de cette ville la fera périr.

14. Après donc la mort de sa mère, Tobie sortit de Ninive avec sa femme, ses enfants, et les enfants de ses enfants; et il retourna chez son beau-père et sa belle-mère.

15. Il les trouva encore en santé dans une heureuse vieillesse; il eut soin d'eux et leur ferma les yeux; il recueillit toute la succession de la maison de Raguel; et il vit les enfants de ses enfants jusqu'à la cinquième génération.

16. Et après qu'il eut vécu quatre-vingt-dix-neuf ans dans la crainte du Seigneur, ses enfants l'ensevelirent avec joie.

17. Tous ses alliés et tous ses enfants persévérèrent avec tant de fidélité dans la bonne vie, et dans une conduite sainte, qu'ils furent aimés de Dieu et des hommes, et de tous ceux qui étaient dans le pays.

et Tobit patris sui. — 14. Et mortuus est annorum centum viginti septem in Echatanis Mediæ: — 15. Et audivit, priusquam ipse moreretur, perditionem Nineve, quam captivavit Nabuchodonosor, et Azyiros: et gavisus est antequam moreretur, super Nineve.

COMMENTARIUM.

VERS. (1) 6. — NON EXCIDIT VERBUM DOMINI (2).

(1) VERS. 1. — ET CONSUMMATI SUNT SERMONES TOBIAE. Offerunt hæc naturali sensu capituli præcedentis conclusionem. Tobias canticum suum his verbis clausit. Optimè etiam vertitur: Hæc postrema Tobia verba: hic fuit exitus vite illius; novissima hæc sunt Tobia monita, gestaque ejus postrema. Sermones pro rebus ipsis usurpantur; sed Græcus ad priorem interpretationem nos revocat: *Et ita cessavit confitens Tobias*. Ita canticum suum clausit.

POSTQUAM ILLUMINATUS EST TOBIAS, VIXIT ANNIS QUADRAGINTA DUOBUS. Auctor Historiæ Scholasticæ et Hugo à S. Caro legunt duos et quinquaginta pro duobus et quadraginta. Sed optimæ editiones ferunt constanter quadraginta duos. Tobias oculorum morbum contraxit anno ætatis sexto et quinquagesimo, et ægrotavit annis quatuor: curatus est sexagenarius; deinde vitam prorogavit ad duos et quadraginta annos, obitque senex annorum centum et duorum. Ita annos ejus vite numerat Vulgata: quibus calculis admissis, Tobias obiit circa annum mundi 3365, id est, anno primo Josiæ, si ductus in captivitatem statuatür juvenis annorum duorum et viginti. Neque enim minori ætate esse poterat, cum Tobias junior vite hujus usurâ jam frueretur. At enim quæ ratione id conveniat iis quæ inferius, v. 7, narrantur, templum scilicet Domini eversum jacere, suo tempore restitendum? Convenit inter omnes, templi excidium non contigisse nisi quinquaginta annis post obitum Tobia, nimirum anno Sedecie undecimo, et mundi 3416.

Et ejusmodi salebras vitent Græci, Tobia vitam ad annos ætatis centum et quinquaginta octo prorogant; quare obiisse dicendus est anno 3449, et templum biennio vel triennio ante hoc oraculum, anno 3416 corruisse. Ibi pariter Tobias prædicat ceu futurum Ninives excidium, et in fine hujus capituli, v. 15, in Græco legitur, juniorem Tobiam oraculi hujus citasse. Capta est Ninive juxta Usserium anno 3378 ab Assyæ et Nabonassaro, obsesso ibi Chinaladano, igitur Ninives casus componendus est cum anno quadragesimo primo ante obitum Tobia senioris, id quod dicitur hucusque repugnat. Adde, Tobiam juniorem, cum vitam, ut Græci aiunt, vix ad centum et viginti septem annos ætatis prorogavit, octo vel novem ante patrem annis decessisse: quod quidem multo minus probandum est. Si verò filii obitum post aliquot ab obitu patris annos revoces, exordium ejus vite anno patris quadragesimo constitutus necesse est, ac seriùs illum Ninivem venisse dicas; hinc autem majus pariter negotium. Deserendi sunt igitur numeri Græcorum, et chronologia Vulgate servanda; vel ingenue fatendum est, mendum aliquod in numeros annorum utriusque textûs irrepisse.

Græci, uti animadvertimus, Tobia seniori

Græcè additur *per oram prædictum*, diu autem

annos tribuunt centum et octo supra quinquaginta. Oculorum usu privatum statuunt, cum octo et quinquaginta ætatis annos ægerit, atque octennio cæcum perseverasse. Syriacus in Polyglottis Anglicis fert, Tobiam obiisse centum et duobus annis senem, cæcitate laborasse septennio, ab anno ætatis octavo et quinquagesimo. At in Syriaco Fabiani Justiniani centum et triginta duobus annis grandæ cæcitate corruerat, reserperato oculorum usu, ad septem ac triginta prorogavit.

Arabs, ab eodem laudatus, vitam Tobia definit ad annos centum et duodecim: cæcitatatis initium statuit anno ætatis sexagesimo. Eandem vite ætatem auctor Historiæ Scholasticæ narrat. Integram periodum ejus ætatis Hebræus Munsteri non exhibet. Fagii verò editio, Græco consentanea, fert, quinquaginta et octo annis natum oculis captum fuisse. Ex tanto variantium discrimine facillè intelligimus, numerum annorum Tobia incertissimum esse, nihilque satis constantis in eâ re scriptores sensisse. Illud constare arbitramur, agrè conciliari posse textum Vulgatæ cum eâ quam sequimur, chronologiâ.

(Calmet.)

VERS. 2. — COMPLETIS ITAQVE ANNIS CENTUM DUOBUS SEPULTUS EST HONORIFICÈ IN NINIVE, SCILICET IN LOCO EXILII. Hic enim translatus erat à Salmanassar rege Assyriorum, quorum metropolis erat Ninive. Disceant hic sancti se in mundo tanquam in exilio vivere et mori, ac proinde non curent in patriâ apud suos mori et sepeliri. Nam:

Omne solum fortis patria est, ceu piscius æquor;
et, ut ait Thomas Morus in Utopiâ: « Uvidi-
que ad superos tantandem est via. »

(Cor. à Lap.)

De Niniviticâ Tobia sepultura nihil habent Græcus et Hebræus: narrat Syriacus et Vulgata. Tradit Fabianus Justiniani hoc loco, Titenses canonicos metropolitanos diem diei Carthusiensibus monachis, propè eam urbem positâ, ob sublata utriusque Tobie et Saræ uxoris Tobia junioris ipsâ. Sacras ejusmodi exuvias translatis ferunt Roma Ticinum septimo seculo à Rothari rege Longobardorum, atque in templo Sancti Joannis Baptistæ, sub nomine S. Raphaelis archangelici dedicato, collocatas. Sacrum depositum raptum ferunt inenite pontificatum Urbano VIII; omnis deinceps illarum memoria perit. Agrè tamen credimus, ipsa esse horum ipsana, cum veterum nemo memoria prodiderit, illa è sepulchris suis amota fuisse, et Roman translata.

VERS. 5. — ET SEPTEM JUVENES FILIOS EJUS. Numerum hunc septem filiorum nec Græcus Romanæ editionis habet, nec Syriacus. Filios sex numerat Hebræus cum Græco Complutensi.

(Calmet.)

(2) VERS. 6. — PROPE ERIT INTERITUS NINIVE.

Tobiam : nam Jonas prophetavit sub Jeroboamo filio Joas rege Israel, 4 Reg. 14, et tum minatus fuit et prædixit excidium Ninive. Sed

id est, ad paupertatem redigetur. Quod cepit tum fieri per Nabopolassarum diximus ad Naboninum; sed nihil impedit quominus aucta sit calamitas per Nabuchodonosorem, sicut in fine hujus libri in Græco dicitur.

NON ENIM EXCIDIT VERBUM DOMINI per Nabumum. Et fortè in Græco pro *ἔλαβε δ' ἀποκρίσας*, Jonas propheta, legendum, *ἔλαβε δ' ἀποκρίσας*, Naimus propheta, et infra rursum, *δ' ἀποκρίσας* *ἔλαβε δ' ἀποκρίσας*, propheta Naimus.

FRATRES NOSTRI QUI DISPERSI SUNT. Nonnulli esse decem tribubus qui se adjuvant Judæ et Benjamin.

Quomodo futura moriturus prædixit Tobias? Velis opinio est, morientium animos futurarum quædam præsentire atque prædicere. Appropinquante, aut apud Tullium, de Divinatione, Quintus, morte, multo est animus divinior. Nam et ipsam vident, qui sunt morbo gravi et mortifero affecti, instare mortem. Quæ hæc occurrunt plerumque imagines et mortuorum; tumque vel maxime laudi student, qui secus quam decuit, vixerunt, peccatorum suorum tum maxime poenitent. Divinare autem morientes etiam illo tempore confirmat Rosidonus, quod afferit Rhodium quædam sex æquales nominasse et dixisse, qui quirit eorum, qui secundus, qui deinceps mortuus esset. Et nostris vero Arnobius lib. 2 contra Gentes: « Morti, ait, vicini, maxime valens scientia, ita ut de futuris vaticinemur, ut prædixit Socratem. » Et D. Gregorius lib. 4 Dialog. cap. 25, ita Petrum illum suum colloquentem facit: « Vellem scire quoniam modo agitur, quod plerumque morientes multa prædicunt. » Respondit vero ipse capite sequenti: « Ipsa aliquando animarum vis, sub utilitate sua, aliquando prævidet. Aliquando autem exitura de corpore animæ, per revelationem futura cognoscunt. Aliquando vero jam dum juxta sit ut corpus deserat, divinitus afflata in secreta coelestia incorporeum mentis oculum mittunt. Significat vero sanctitate, doctrinæ clarissimus pontifex duos prædicationis hujus modos, naturalem unum, supernaturalem alterum, et in duo rursum membra istum partitur. Naturalem exponunt aliter Platonici, aliter Aristotelici, illos D. Thomas 2^o 2^o quæst. 172, act. 1, etsi non contentum, hæc tamen potius assentitur et in argumenti primi solutione illam D. Gregorii subtilitatem ita explicat, uti in animo, qui è corpore jam evoluturus sit, alia prædicationum futurorum vis nulla insit, quam habilitas et promptitudo quædam, præsentem quosdam motus et impressiones acris meliusque cognoscendi, quas cum animus corpori magis adhuc affluxit, ejusque vinculis et materiâ impeditur est, minus cognosceret, ut ibidem etiam similiter docet Cajetanus. Tobia ergo nostri naturalis an supernaturalis præsentio prædictioque fuit? Putarit fortè quispiam fuisse naturalem, quia, ut quæst. 3 vidimus, volebat: *Video quia iniquitas ejus finem dabit*

Ninivitis poenitentiam agentibus Deus tum pepercit, utlone in aliud tempus dilatâ. Nam relapsis iterum in pristina scelera supervenit ultor Phul-Bel-Ochus, et multis post annis Deus iterum per alium prophetam, nempe Nahum, prædixit et de novo minatus est istidem excidium, puta sub finem regni Joatham regis Juda. De facto verò et reipsa tandem eversa fuit anno 13 Josiæ regis Juda, idque à Nabuchodonosore seniore, qui 25 anno patris sui Nabopolassaris adhuc viventis et imperantis, nomine ipsius, adversus Niniven caput regni Assyriorum, unâ cum Cyaxare, seu potius, Cyaxaris filio Astyage, expeditionem suscepit; et urbe potius, excidit illam, funditus evertit, ac monarchiam Assyriorum transtulit ad Chaldaeos. Ita S. Hieron., cujus hæc sunt verba: « Reverè quantum ad historias tam Hebræas quam Græcas pertinet, et maxime Herodotum, legimus, Niniven, regnante apud Hebræos Josiâ, apud Medos Astyage, fuisse subversam. » Nam Astyages jam tum regnabat unâ cum parente suo Cyaxare, cujus etiam nomine videtur bellum istud administrasse: sicut Nabuchodonosor, ut dixi, nomine Nabopolassaris etiam parentis sui. Similia habet etiam Eusebius in Chronico, et alii. Quin et Josephus ipsum penè annum eversæ Ninivæ digito demonstrat, nam ait, « à tempore Joatham regis Juda, quo regnante Nahum propheta prædixit excidium Ninivæ, usque ad

ei. Quid verò non naturale, si quis, quos impios videt, iis cladem exitumque impendere præmoneat? Quid mirum, si urbem superbâ, injustiâ, luxuriâ, sceleribusque aliis perditam, funditus brevi quis excindendam prænuunt? Ideoque merita tantum naturalis prudentia videtur, ut aliò illic excedere flum præcipere. « Ruinis, ait Plinius lib. 8, c. 28, imminetibus, muscoli præmigrant. Aranei cum telis primi cadunt. » Nihilominus tamen vera hic et supernaturalis prophetia fuit. Certissime siquidem futura, quæ ex hominum arbitrio pendent, quæque aliter omnino evadere possunt, ante providere atque præloqui non ab hominis naturâ est, sed extrinsecè aliunde. Quot et quam sceleratas urbes, domos, homines videmus, et tamen quis futurum eorum interitum, absque ullo errore, nisi à superiore quâdam vi adjuvante, prædicat? Neque verò urbis tantum Ninivæ calamitatem, sed et felicem Israelitarum à captivitate reditum, Hierosolymorumque restaurationem, et Ecclesie tam militantis quam triumphantis statum proposuit. Cum ergo sanctissimus vir esset, fecit quod cum corporis vinculo laxandi jam essent, alii sancti fecerunt, Genes. 27, 49, 50, alibi. Unde à S. Ambrosio, lib. de ipso propheta nominatur. (Serarius.)

realem eversionem illius effluxisse annos centum quindecim. Atqui decimus tertius annus Josiæ est præcisè centesimus decimus quintus ab ultimo vel penultimo anno regni Joatham. Idem colligere licet ex annis vitæ Tobia junioris: nam ex v. 16 hujus capituli habemus, ipsum complevisse 99 annos vitæ; sed in Græco additur, antequàm moreretur, audivisse, destructam esse Ninivem à Nabuchodonosore et Assuero, seu Cyaxare, quem Græci vocant Axares. Ergo, Ninive excisa videtur ultimo vitæ anno Tobia. Jam verò ab anno sexto Ezechie regis Juda, quo unâ cum patre et matre suâ puerulus sexennis vel septennis à Salmanasar in Assyriam abductus, usque ad 15 annum Josiæ, fluxerunt anni 95, quibus additi sex anni infantilis ætatis ipsius ante captivitatem, complent numerum 99 annorum; ergo. Sed vide fusiùs hæc in Chronico nostro, ex quo etiam videbis, hunc eundem Tobia mortis annum, nempe 13 Josiæ regis Juda, initium facere septuaginta annorum servitutis et captivitatis ac desolationis Judææ, cæterorumque Judææ vicinorum populorum. Sed de hoc pluribus Jeremiæ 1, et Chronici nostri c. 35. Ille tantum nota insignem Dei providentiam circa Tobiam, Raguel et Gabelum, quorum frequens mentio in hæc historiâ. Nam antequàm excinderetur urbs Medorum regni Ecbatana et Rages, altâ adhuc pace inter Medos et Assyrios, effecit ut Tobias suam inde sponsam è domo Raguelis cum dimidiâ parte bonorum illius, insuper et decem argenti talenta à Gabelo reciperet atque in tutum deveheret. Cùm verò deinde Ecbatana à tyranno Anirvità et Medorum hoste vi et armis subjugaretur Judith 4, v. 5, effecit rursus ut Raguel cum uxore, familiâ et alterâ bonorum omnium mediæ parte, in mediis bellorum flammis salvus et intactus conservaretur. Denique cùm excidium immineret Ninivæ, jamque instaurata esset Ecbatana, et in dies magis magisque refloueret, curavit Tobiam cum omni suâ familiâ et substantiâ è Ninive in Ecbatanam demigrare. Quoniam ipsi cura est de nobis, 1 Petr. 5, v. 7.

VERS. 6. — FRATRES NOSTRI QUI DISPERSI SUNT, ET DOMUS DEI, QUÆ INCENSA EST. Prophetice utitur præteritis pro futuris, ut dixi capite præcedenti, v. 14. Unde et in Græco est: *Dispergentur et incendetur*. Videtur enim Tobias propriè loqui de duabus tribubus Juda et Benjamin in Judæâ adhuc relictis; quamquam etiam verum sit, ex aliis omnibus tribubus

plurimos è captivitate Jerosolymam redisse, ut constat 1 Esdræ 3 (4).

VERS. 8. — RELINQUENT GENTES IDOLA STA. De traditione gentilium ad Ecclesiam Christi, vide quæ dixi cap. præced. v. 14. Denique (2).

VERS. 10. — Ille in Græco additur, Achicharum Tobia ex latre nepotem quem Assaraddon domui suæ præfecerat, ut dixi in fine capituli 4, amulatione et insidiis Amani cum Manasse quodam in carcere detrusum: sed merito elemosinarum suarum brevi eductum utrumque, et Amanum vicissim in tenebras compactum fuisse. Et hæc Achichari incarcerationi fortè causa fuit cur Tobias patrus ejus, qui à nepote sustentabatur, à Ninive in Elemaida profugere coactus sit, ut vidimus supra, in fine cap. 2. Uti deinde restititio ejusdem Achichari in pristinum statum causa fuit reditus Tobia ex Elemaide in Ninivem (3).

(1) VERS. 7. — OMNIS AUTEM DESERTA TERRA EIUS (ISRAEL) REPLEBITUR (INCENSIS AD EAM POSITIM) REVERTENTIBUS, ET DOMUS DEI, QUÆ IN EA INCENSA EST, ITERUM REDIFICABITUR. Incensa est, id est, incendetur à Chaldaeis: loquitur prophetice de futuro quasi de præterito, ob futuri certitudinem. Unde Græca habent in futuro: *Frates nostros dispergentur, et Jerusalem erit deserta, et domus Dei in eâ comburetur, et deserta erit usque ad tempus; et iterum miserebitur eorum Deus, et convertet eos in terram. Et edificabunt domum, non qualis prius, usquequò compleverunt tempora seculi. Et post hæc revertentur de captivitatibus, et edificabunt Hierusalem honorifice, et domus Dei in eâ edificabitur. Et in omnes generationes seculi, edificatio gloriosa, sicut locuti sumus de eâ propheta. Et omnes gentes convertentur verò ad timendum Dominum Deum, et confodient idola sua.*

(Corn. à Lap.)

« Le vieux Tobie prédit que le temple du Seigneur, qui a été brûlé, sera bâti de nouveau; or, disent les critiques, dans ce temple le temple de Jérusalem n'avait pas encore été incendié par les Chaldéens, et il ne le fut que quelques années après la mort de Tobie. — Nous répondrons 1^o que la version grecque ne parle de l'incendie du temple que comme d'un événement futur; 2^o un argument fondé sur des calculs de chronologie de ces temps-là n'est rien moins qu'une démonstration, puisque les chronologistes s'accordent rarement entre eux, et que ces sortes de difficultés n'ont jamais porté atteinte à l'authenticité de ces anciens livres. (Duclos.)

(2) VERS. 9. — ET CAEDENT IN EA REGES OMNES TERRE ADORANTES REGEM ISRAEL, ID EST, ADORANTES CHRISTUM, NEC ENIM POST REDITUM È CAPTIVITATE FUIT ALIUS rex israel quem adorarent omnes reges terræ; Christo autem omnes gentes et reges servierunt. (Corn. à Lap.)

(3) VERS. 10. — SERVAVIT DOMINO IN VERITATE, ID EST, VERÈ, SINCERÈ, SCLICET VERÈ, SINCERO, RECTO, INTEGRO, totoque corde, non ficto, non

falso, non dimidiato, non diviso, ut dimidiam cordis animumque partem Deo detis, alteram diabolo, puta idolis et cupiditatibus. Veritas ergo hinc opponitur mendacio, superstitioni, hypocrisis, fictioni et simulationi. Ita Serarius.

(Corn. à Lap.)

VERS. 11. — UR FACIANT JUSTITIAS, id est, opera justa, pia, sancta. In Græco sic habet: *Et nunc, fili, abi ex Ninive, quoniam omnino erunt, quæ locutus est propheta Jonas. Tu autem serva legem et præcepta, et esto amator elemosynarum et justus, ut tibi bene sit; et sepeli me bene, et matrem tuam mecum: et non ultra maneat in Ninive. Fili, vide quid fecit Aman Achiachar, qui nutritiæ eum, ut è luce duxit eum in tenebris, et quanta retinuit ei. Et Achiacharus quidem salvatus est, illi vero retributio data est, et ipse descendit in tenebras. Manasses in elemosynâ erat, et salvatus est de laqueo mortis, quem fecerunt ei: Aman autem incidit in laqueum, et perit. Et nunc, fili, vide quid elemosyna facit, et quomodo justitia liberat.*

Quis fuerit hic Aman, incertum est, certum est non fuisse Aman hostem Mardochæi et Esther: hic enim Tobia longo tempore fuit posterior. Quis etiam fuerit hic Manasses ignoratur: aliqui putant fuisse maritum Judith; nam tempus consentit, sed locus dissentit, ait Sallanus; vixit enim Judith tempore Tobie, inquit ipse, sed in Bethulâ Judææ; non in Ninive et Assyriâ, ubi vixit hic Manasses, de quo agit Tobias.

(Corn. à Lap.)

Pietatem, non istis tantum qui modo eorum astabant, inculpant voluit Tobias: sed in totâ etiam posteritate, quam idcirco sancti optant ut per eam Dei cultus honorque vigeat. *Filiis ergo vestris mandate, ut faciant justitias et elemosynas.* Deinde, *ut sint memores Dei, et vertio, benedicant eum.* At quomodi et quomodo? in omni tempore, in omni veritate, et in totâ virtute sua. In Græco hæc uni tantum filio dici videntur, videlicet tanquam præcipuo, et aliorum qui aderant patri et magistro; insigne adhibetur exemplum Achiachari, et Manasse ejusdam, quia fuerant ambo isti ab impio et ingrato Amane in dignitate et vite periculum adducti, pietate tamen et elemosynis evaserunt. Queritur de hoc ipso loco Ambrosius Pelagius in quadam ad Erasmus Epistolâ, quæ incipit: *Quando vel Homerus.* « In Tobia, inquit (quem cum aliis aliquot tum veteris, tum novi Instrumenti libris prælegendum suscepi theologiæ candidatis) multa occurrunt frigida prorsus, et jejuna, plura item subobscura, in editione præsertim septuaginta Interpretum, ut me susceptæ provinciæ penè poeniteat. » Quid, Pelagie, ais? quid queris? Et ego, indignus licet, theologiæ candidatis prælegendum Tobiam suscepi, neque tamen quæ Dei gratia est, ejus provinciæ unquam poenituit. Subobscura quidem non pauca occurrerunt. Sed et in aliis divinarum Litterarum libris operatissima multa, frigida tamen et jejuna nulla penitus, quin et verum hic pyriten sentio, de quo lib. 4 de Dogmatibus Tertianus. Et miror, quomodo, quam 70 Interpretum editionem agnoscis, eam tuis istis et frigoris et jejunitatibus abundare censes? At ex omnibus quod te vel maxime torquet, unum, quæso, propono. « Ad finem, ait, libri in hæc verba

« legatur. *Toben de si emiserat auto kynaxi...* » cum interpretetur, quod ignoret vocales *εξελθ*; significantiam. Interpres, nescio quis, ita locum vertit, quasi Aman alteri suo Achiacharo pessimam retulerit gratiam, uic mirum quem è lumine in tenebras duxerit. » Verum hinc non liquet, utrum senserit interpres (scilicet Achi) in tenebrosam conjunctionem carcerem, an orbatum oculorum luminibus. Obsecro ut, loco excuso, significes per puerum, qui tibi sensus magis probetur.

Quid ad hoc igitur Erasmus? « In Tobia, inquit, nihil dubito, quin mendium sit scribere. » Nam Franciscus Asulanus scripsit sibi fuisse « depravatissimum exemplar, quum libros istos excideret. Nec movere debet exemplariorum consensus, quum Argentinas, et imitatus sit Aldinum. » Rectè, mendium est. Sed quomodo emendandum? Tacet Erasmus, et tamen partim ex interprete quem viderat Pelagius, partim ex antithesi τὸ πῶρ; non erat hoc usque adeo collectu correctique difficile. Ipsa ergo Septuaginta editio correctæ, librique alii, etiam quos secutus erat interpres à Pelagio citatus, non *εξελθ*, sed *εξελθ* habent, per quod nomen intelligitur carceris et egestatis, vitæque abjectioris tenebræ, cum ab istis tenebris salvatus postmodum et liberatus dicatur Achiacharus, et in eadem ipse Aman detrusus. Quod enim viris bonis intriverat, excedendum ipsi fuit, prout in Amane alio, eodemo Ethæris volumine.

Cur eversa Ninive? — Causa ponitur vers. 15: *Video, ait, quia iniquitas ejus finem dabit ei.* Nam, ut ait Prologo in Jonam D. Hieronymus, « ad Jonæ predicationem actâ poenitentia, veniam consecuti erant Ninivites; postea vero in pristinis vitis perseverantes Dei in se provocaverunt sententiam. » Fuerat Jonæ prædicatio non absoluta, sed cum conditione, nisi poenitentiam agerent, et per veniam à Deo propter poenitentiam, data urbis salus etiam cum conditione fuit, si in poenitentia et emendatione scelorum perseverarent. Hinc vers. 6: *Non enim excidit verbum Domini, quod secundo Jonam prædixerat.* Hinc verò intelligimus, unde bella, urbium excidia, regionum vastationes et depopulationes. *Justitia, inquit Solomon, Proverb. 14, vers. 34, elevat gentem, miseros autem populos facit peccatum.* (Serarius.)

Laissez de côté les déclamations vaines de Voltaire, qui n'ont point de rapport au livre de Tobie, et dont la réfutation se trouve dans nos notes précédentes, nous observerons ici que le patriarche des incrédules, passant à la mort de Tobie, au lieu de faire remarquer à ses lecteurs la prédiction que fit ce juste de la ruine de Ninive, prédiction qui fut accomplie peu après sa mort, par les armes de Cyaxare; et celle du retour des captifs hébreux; et enfin la promesse d'un roi d'Israël, qui devait être adoré par les rois des nations, événement dont nous sommes témoins, nous dit seulement que quand Tobie mourut de vieillesse, ses enfants l'enterrirent avec joie. Ces derniers mots n'ont pu échapper à la censure du critique, qui ne pensait pas que la mort des serviteurs de Dieu, qui ont rempli une longue carrière, fournit des motifs solides de consola-

IN DÆMONEM ASMODÆUM

Dissertatio.

Cum sæpè adeò in Scripturâ de bonis malisque angelis, eorumque per visum objectâ specie, gestis, prodigiisque mentio recurrat, mirari subito, cur rarus admodum in illâ sermo habeatur de dotibus, viribus, gloriâ, mutuâ subjectione, agendi potestate, et ratione, quâ illi nobilissimum Creatoris opus, sese cæteris communicant. Quidquid autem eâ de re in sacris libris occurrit, ad hæc potissimum capita revocandum est: esse nimirum bonos malosque spiritus: alteros, quâ semel in creatione donati sunt, gratiâ servatâ, Creatori pariter suo morigeros, destinatâ sibi gloriâ frui; alteros superbâ inflatos, è loco suo dejectos, et in Tartara detrusos, acerbissimas ambitionis suæ pœnas dare; furorem suum in miseros mortales exercere, nullamque omittere artem, ut nos eodem unâ supplicio obvolvant. Tandem bonos angelos divinarum beneficiorum munerumque ad nos deferendum ministros esse; dæmones verò divinæ ultionis et justitiæ executores sese exhibere: inter dæmones et angelos aliquam esse politiam, cujus leges ignorantur, quâ alter alteri subditur: agere pariter utrosque in corpora et in spiritus subtiliori quâdam ratione, non mente quidem assequi, nedùm verbis explicare valeamus: singulis regnis, imò et singulis hominibus suis esse angelos presides, qui nostris rebus et conversationi consulant, illud potissimum curantes, ut salutem nobis comparent, modò ne quid obstaculi divinæ à se delatæ gratiæ per nos, perviciâus malo inhærentes, opponatur.

Sed in his ipsis quæ Deo revelante novimus, quæ multa sanè obscura et tenebris obsita? Angeli et dæmones nunquàm fermè nisi è corpore aliquo efflicti exhibentur. Quæ insuper de illis narratur historiola, parabola verius quàm genuinæ historiæ plerumque esse videntur. Si historiam pellectæ ad crimen Evæ: et Angeli militantis necem asinæ Balaamî, de-tentione à uno familie dont ils ont été l'exemple, et dont ils feront à jamais la gloire, au lieu que celle de l'impie ne produit que le trouble, l'horreur, la confusion, le désespoir. (Duclot.)

monis Asmodæi, de quo in præsentia: dæmonis Jesum Christum in deserto tentantis, ac tandem Jobi diabolica tentatione probati; si, inquam, eas omnes historias sedulo perpendas, nonne augeri potius scrupulos et dubitationes, quàm expelli ignorantiam sentis? Id egisse Deus videtur, ut angustioribus terminis humanæ curiositati præscriptis, ab eorum cognitione non revocaret, quæ impudè prorsus ignorantur, ut scilicet omnem mentis aciem rebus majoris momenti, et nostræ utilitati magis consentaneis, intendamus.

Nec sanè multum in explorandâ angelorum naturâ Judæi olim ante captivitatem studii contulerunt. Nullum etiam ad eam usque ætatem illis impendisse cultum sive legitimum sive superstiosum, illos legimus, qui ne nomina quidem illis tribuere norant. Quæ enim deinde collata sunt angelorum nomina, ipsis factitibus, Hebræi inter Chaldæos didicerunt, ac tum primò usurpari cœperunt nomina Michaelis, Gabrielis et Raphaelis: neque prius septem angelos principes solo Dei adstantes norant. Neque plus quidquam de malis angelis noverant; nomen enim *Satan*, quod ubique occurrit, non nisi *adversarium* significat; et *Beelzebub* profani numinis nomen est. Apud Isaïam 14, 12, legitur Lucifer, sed sidus est ferens diem; et si dæmon intelligatur, est figurata locutio. Primus omnium sub dæmonis nomine Asmodæus occurrit; quamquàm et dubitandi locus est, utrum peculiare aliquid dæmonis nomen è voce designetur; potest enim Tobie locus 5, 8, reddi, dæmonium *exterrinans*, ubi in Vulgata habetur, *dæmonium*, nomine Asmodæus, *occidit eos*. Fateamur tamen oportet, Vulgatè sensum proniorem esse, et literæ textûs maxime consentaneum, ut Asmodæus pro singulari nomine alicujus nomine usurpetur. Græcus legit: *Ἀσμοδαῖος; τὸ πνεῦμα διαβόλικόν, Asmodæus malus dæmon.* S. Prosper Asmodæum nequissimum nominat: de Promis. part. 2, cap. 39: « A quâ Asmodæum dæmonium nequissimum expulit. » Hebræus Munsteri: *אֲשִׁמֹדַי מֶלֶךְ אַשְׁמוֹדַי, Asmodæi rex dæmonum.*